



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 60. Bellum ab Angliæ Rege Ministorum impulsu Galliarum Regi
denuntiatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Sæc. XVII.
A.C. 1627.

§. LX.

*Bellum ab Angliæ Rege Ministrorum
impulſu Galliarum Regi de-
nuntiatum.*

Hæc Bassompétres ad frivolas An-
glorum excusationes, falsasque cri-
minationes vehementiori motu respon-
dit: nec desperatus fuisset sermonis suc-
cessus, nisi Regis Ministri libidine in
bellum, quod destinabant, incaluerint:
Igitur horum consilio incitatus Angliæ
Rex, instructa nonaginta navium classe
bellum Galliarum Regi denuntiat, alla-
tis inopinæ hostilitatis hisce obtenti-
bus. I. Quod Ludovicus Rex, uti pro-
miserat, Mansfeldio Comiti pro Palatina-
tus recuperatione suas copias jungere recu-
sarit: verum cur antea hæc repulsa
Angliæ Regem, quominus ejus Sorori
nuberet, non absteruit? II. Quod
Franciæ Rex Hugonotarum urbes cingere,
& hosce subditos, et si pacem Angli Regis
opera initam non violassent, opprimere haud
desisterit, forte his Ministris incognitæ
erant Hugonotarum machinationes se-
ditiosæ contra Regem suum post firma-
tam pacem excoctæ. III. Quod Galli,
vigente adhuc pace, plusquam centum Na-
ves Anglicas interceperint: Attamen cal-
lido premebatur silentio, quod Angliæ

Mm 4

Rex



Sæc. XVII. Rex prior ipse tantam navium copiam
A. C. 1627. intercepit. ut in finibus Tamais, Lor-
dinum usque, omnia loca navibus Gal-
licis essent refertissima. IV. Quod Br-
tannicæ Rex probe noverit, Richelium Cor-
dinalem in Hugonotarum excidium juro,
ejusque impulsu Francicæ Regem cum Po-
tifice, Cæsare, & Hispanis sanxisse fatu,
cujus opera omnes per Europam Calvinis-
funditus cxsinderentur. Verum omnes
Anglorum foederatos in Catholicorum
excidium conjurasse, quis tum igno-
bat? Paulopost Buchingamus, quem
Rex classis, hujusque expeditionis Pre-
fettum nominabat, Becherium ad Ru-
pellenses Calvinistas præmisit, qui si-
gnificaret, Regem suum compatiens
erga eos utpote inique oppresos con-
motum classem in eorum opem insinu-
xisse, urbemque ab obsidioue eis in-
minente præservaturum, proin ipsi in
urbem suam Anglicum præsidium re-
ciperent, necnon commeatum, aliquæ
belli subsidia justo pretio subministrerent,
eoquod (ut subdole insinuabu-
si Francicæ Hugonotis, & Anglis non
causa fuerit communis, brevi in Gallo
una Religio foret; Catholicâ nempe ex-
tirpata. Verum Rupellenses haud te-
mere suspiciati, quod Angliae Rex fu-
specioso opis ferendæ obtentu Rupellans
suo imperio adjungere intenderet,



sponderunt, quod cum ceteris Regni Sæc. XVII.
copiam
is, Lor-
ous Gal-
uod Br-
nus Ca-
n jurid-
cum Pre-
le fidei,
Calvinis
n omes
oliconu-
n ignor-
s, quen-
ouis Pre-
n ad Ro-
, qui p-
npalioce
tios con-
m infu-
eis in-
in ipi in-
dium re-
, aliage
ominitu-
sinuabat
Inglis ma-
in Gela-
empe es-
haud te-
Rex fab-
Rupellam-
eret, 12-
spor-

Protestantibus, quibuscum foederis so-
cietae juncti essent, ac præcipue cum
Rohanæo Duce prius defuper delibera-
re vellent: Verum Rohanæus mox una-
cum aliis Calvinianæ sectæ sociis sese
Anglicæ classi conjunixerat, eandem
cum Anglis adversus legitimum suum
Franciæ Regem fortunam tentaturus.

§. LXI.

*Infœsta Anglorum expeditio adver-
sus Ludovicum Franciæ Regem.*

Haud diu ab armis utrinque hostili- *Monet. Capt.*
bus seriatum est, Anglis recta in *Rupel. Gra-*
Insulam Ream seu Cracinam moventi- *mond. l. c.*
bus, quo etiam die vigesima Mensis
julii appulsi sunt. Viciissim vero Lu-
dovicus XIII. Franciæ Rex Mense Au-
gusto validum in Anglos eduxit exer-
citum, cui Toyraffium multis jam vi-
storiis clarum præfecit: Prospera erant
Anglis belli primordia, atque expecta-
tione felicior in Insulam exscensio; cum
enim forte sub illud ipsum primæ no-
ctis punctum, statis lunæ conversioni-
bus, conciaretur Oceanus, altiore cursu
confluentibus undis maritimum litus
proxime accesserat Sammartinianæ arcis,
quam præter Pratense castellum Fran-
ciæ Rex ad defensionem Cracinæ In-

M m 5

fulæ